

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

XXIX. Laus cognitionis Dei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38994

Adam
assidue
in veit
mulic
steros
lladiis
sto co
um in
docu
quam
ne cer
ftiam.
umbra
dæmo
e, & li
., qui
n scep
De b
: de
iden
nibus
t. Na
, quia
prista
v. 15.)
emper
ut de
acha
t vina
æsen
erat à
iosis.
minu
quam
stum
sibus
esta.

gestarat, quæ cum & coram Christo triginta, eoque amplius annis continenter vixerat, & riderat in colum ascendente.

De Apostolo Paulo, cuius pectus amore Christi Crucifixi perpetuo bulliebat, nemini dubium esse potest, cum Divinum Numen semper praecolum gestasse, ut ipse non obscurè sententiis quibusdam iudicavit, ut illa ad Philip. 3. v. 20. *Nostra conversatio in cœlis est, unde. &c.* Et illa ad Hebr. 13: v. 14. *Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus.* B. Edmundus Cantuariensis Archiepiscopus eburneam B. Virginis icunculam, in cuius ambitu descripta erant vitæ & passionis Christi mysteria, semper è collo suspensam gestabat, ne Dei Deiparaeq; oblio inter litterarias occupationes aliquando obreperet.

In Ep. ad Cor. 1. o. 6. cohortaberis Auditores, ut hoc dominum longè nobilissimum contemplandi ubique præsentem semper Deum, per Christi infinitam misericordiam passionisq; merita ardenter à Deo postulent, cogitationes suas, piaque desideria in Deum semper conjiciant, & amato toto pectore adhærescant: cum ea amoris sit natura, ut, si ardens sit, magna vi amantem transferat in rem amatam, ac unum quid cum ea efficiat.

XXIX. LAVS COGNITIO- nis Dei.

IN EXORDIO dices, Spiritum Sanctum in Scripturis Divinis triplicem Dei cognitionem patet esse: imperfectam, seu huius vitæ, de qua S. Paulus ait: *ex parte cognoscimus: perfectam, seu alterius vitæ de qua idem Paulus: Videmus, ait, I. Cor. 13. 12.* nuna per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem: & perfectissimam, qua Dei essentia omnia- que cius attributa & perfectiones exactissime

H. 2 cognoscimus.

116 DE COGNITIONE DEI.

cognoscuntur, quod nulli hominum neque in hac, neque in altera vita unquam continget. Unde S. Job, c. 11. v. 7. *Forsitan, inquit, vestigia Dei comprehendes, & usq; ad perfectum omnipotentem reperiens Eccelsior coelo est, & quid facies? profundior inferno, & unde cognosces?* Et c. 36. v. 23. *Quis poterit scrutari vias ejus? aut quis potest ei dicere: Operatus es iniquitatem?*

1. Tim. 6.

v. 16.

Quem nullus, &c.

Rom. 11. 13.

O altitu- do, &c.

Ecce Deus magnus, vincens scientiam nostram: num-

rus annorum ejus estimabilis.

PROPOSITIO: Te auditoribus excellentiam, necessitatem, & utilitatem imperfecte duntarat cognitionis Dei demonstraturum.

C O N F I R M . I . *Locus, ab excellencia Divinitatis in cognitionis, quam declaravit Christus, cum sublevatis in celum oculis, dixit: Hac est vita eterna; (seu mater virtutum, quae cani parit,) ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.* Clemens Alex. lib. 6. Stromatum ait: *Cognitionem Dei esse rem maximam, quae sola efficiat hominem pium & religiosum, atque ita conservet in eo virtutem, ut amitti nequeat. Eius, qui Deum vere & magnifice cognorit, non posse servire voluptatibus, aliisq; animi perturbationibus sancta semper facere & cogitare, precati cum Angelis, & licet oret solus, habere assistentem Angelorum chorum.* S. Hieron. lib. 6. Comment. in Heb. 11. v. 6. *remiam, in c. 31. Notitia unius Dei, inquit, omnium virtutum possessio est.*

I I . *Necessitate, quae inde patet; quod sicut sine fide impossibile est placere Deo: ita & sine cognitione Dei: Fides enim, inquit S. Cyrillus: quid aliud est, quam vera de Deo cognitione? Per fidem enim cognitio fit.* Testatur id Isaías dicens: *Si non credideritis, non intelligetis.* Heb. 11. v. 3. *Fide intelligamus, &c.* v. 6. *Credere, &c.* S. Bernard. *Quid si ignoras, inquit, Deum, poterisne spes esse salutis cum Dei ignorantia? Ne hoc quidem. Nec enim potes nre amare, quem ne-*

Lib. II. in
a. 9. Ioan.In Cant.
sermo. 37.

scimus

scias, aut habere, quem non amaveris. Noveris proinde te; ut Deum timeas: noveris ipsum, ut aquæ ipsum diligas, &c. S. Ambrosius tradit, hominem non *l. de Offic.* modò non salvum, sed neque sapientem, vel prudenter esse posse sine notitia veri Dei. Et S. Hieronymus, epist. ad Heliodorum, non dubitat affirmare hominem Dei ignorum nihil distare à belua. *Absque notitia, inquit, sui Creatoris omnis homo peccus est.*

III. *Ab utilitate.* Quia sicut ex cognitione sui proximus gradus fit ad cognitionem Dei; sic ex cognitione Dei vicissim ad cognitionem sui: quoque plus profecerimus in illa, hoc in hac maiores progressus faciemus: ut in putois, quod altera singularum altius attollitur, hoc altera profundius deprimitur; & in ædificiis, quod muri turresque sublimius eductæ sunt, hoc profundius necesse est jacta esse fundamenta. *Quando, inquit Basilius, Deum videre, quantum fas erat homini Hom. 15. de poterunt (Abraham, & Moyses) tunc maximè uter. Fide.* que se humilem levemque putavit. Abraham se pul- *Gen. 18. v. 27.* verem ac cinerem nominans: Moyses vero se lingua *Exod. 4. 10.* balbum ac sermone tardum appellans, &c. Sic & Isaías cum vidisset Dominum in excelso solio se- *Cap. 6. v. 5.* dentem, continuò oculos in se reflectens, confessus est se virum labiis pollutum: & Paulus, post *L Corinthus.* raptum in tertium cœlum, vocavit se nunc abortivum, nunc peccatorum primum, nunc minimum Apostolorum, nunc nomine Apostolico indignum.

EPILOGUS SU PARANESIS AD AUDITORES. ut Deum, quatenus in hac vita cognosci potest, studeant cognoscere, considerando visibiles creature, (*Isa. 4. v. 26. Psalm. 18. v. 6.*) & invisibiles purgando animas à peccatis & pravis cupiditatibus, & implorando ad hoc auxilium divinum.